





Q. D. B. V.

327  
4.920.412.  
1783,18

IO. DAVID KOELERV HIST. P. P. O.

PRALECTIONEM QVINQVAGESIMAM HISTORIAE  
PRAGMATICAЕ REGNI IMPERIIQUE ROMANO-  
TEVTONICI

ET HANC QVIDEM

PER HOC SEMESTRE SPATIVM HIBERNVM  
AB HORA VIII PVBLICE HABENDAM

INDICIT

PRAEMISSA HISTORIA COARCTATA

ARCHICANCELLARIATVS S. R. I. PER  
ITALIAM  
POST INTERREGNVM MAGNUM GERMANIAE  
CONTINVATI  
VSQVE AD IMP. CAROLVM V.

ATQVE

EX AVTHENTICIS DOCVMENTIS HACTENVS  
INEDITIS

C O M P R O B A T A .

GOTTINGAE

LITTERIS HAGERIANIS c10 19 CC LIII.

6 D 1 A  
10 DAVID KÖPFLERAS 1621 560  
LIBRIVS EDITIONIS QVINQVA DECIMAE IMPRESAE  
PER ALMVS IOACHIMVS RIBOLDVS IMPRENTA  
ET TYPIS  
PER HOC SEQUITVR CAVITATI HISTORIUM  
AT HONORABILI PATERICIS HONORI DADM  
PRAEMISSA HISTORICA COARCTATA  
ARCHIGANGELI VATICANAE ET RICIP  
TITULATAM  
POST INTROMISSIONEM MAGNA MGRIMIANAE  
COARCTANDI  
AEGOAE AD IN. OVAROLVM A  
EX AETHENIIS HODAIE TURGIS HAC TERRA  
INDESTIT  
GOTTSCHE  
GOTTSCHE  
GITTENS HAC SELLATIS SEDIS DE TERRA

¶

**E**fluxerint ab anno O. S. c<sup>lo</sup>cc xiv. vsque ad praesentem  
diem XXXIX, anni, quo post obitum Cl. *Danielis Guilielmi*  
*Molleri*, in academia Norimbergensi Altdorfina, iussu curatorum  
& nutritorum benignissimorum, commutati munus publice docen-  
di logicam cum historica professione, ob concinniores nexum hu-  
ius cum politica, mihi anno huius seculi undecimo primo delatum.  
Hanc publicato programmatae de *historia pragmatica* auspiciatus sum  
& d. XXII. Augusti oratione habita de *dissentu historicorum*. Intra  
hoc annum ipsatum tam priuata, quam priuatissima opera, qua-  
dragies nouiesque pertinaci studio exposui historiam regni imperii  
que Teutonici & Romani. Pro hoc & alis beneficiis celebrabo  
& laudabo in aeternum, & bone Deus, nomen tuum. Tuae in-  
exhaustae bonitatis & infinitae benignitatis, Pater coelestis, debeo  
omnia, qui mihi vires dedisti ad obeundae munia, languidasque inter-  
dum refecisti, atque alacriores reddidisti, & misericordiam tuam  
in me quotidie renouasti. Quot vidi aliorum pericula, damna &  
mortes, tot tua in me vidi beneficia, immunis a fortunae in-  
constantia & rerum vicissitudine, decurso ad illum vsque aetatis ter-  
minum vitae curriculo inoffensio pede. *Quid retraham Tibi, Do-*  
*mine, pro omnibus, quae tribuisti mihi? Benedic, anima mea, Do-*  
*nino, & omnia, quae in me sunt, nomini sancto eius. Benedic, a-*  
*nima mea, Domino, & noli obstatisci omnes retribuções eius. Qui*  
*propitiatur omnibus iniuriantibus tuis: qui sanat omnes infirmitates*  
*tus. Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misé-*  
*ricordia & miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum:*  
*renouabitur, ut aquilae, iuuentus tua! Sed vita mea fragilis & caduca,*  
*quae quanto magis crescit, tanto magis decrebit, quanto magis*  
*procedit, tanto magis ad mortem accedit. Deus! docuisti me a*  
*iuuentute mea, & vsque nunc pronunciabo mirabilia tua, & vsque*  
*in senectam & senium. Deus, ne de reliquas me, donec annunciem*  
*brachium tuum generationi omni, quae ventura est, potentiam tuam*  
*& iustitiam tuam!*

Quamvis vero senex mox deportanus, validis tamen lacer-tis animoque impigro nunc me accingo ad p[re]electiones QVI N-  
QVAGEMAS historiae regni imperiique Teutonici & Ro-mani, D. F. ab hora VIII, ex meo illius systemate publice instituen-das, huicque institutioni hibernae praemitto breuem bistoriam  
ARCHICANCELLARIATVS S. R. I. PER ITALIAM POST  
INTERREGNVM GERMANIAE MAGNUM CONTINVATI  
VSQVE AD IMP. CAROLVM V. Imp. authenticis documentis  
comprobatam.

In limine eius statim culpanda mihi vent insignis DAV. BLO-N-  
DELLI hallucinatio, obvia in genealog. Franc. plen. assert. p. 247.  
his verbis: Post Friderici II. triges exequias, dissidente in partes  
per turbatissima tempora maximi principis diuer[s]imode coagentia,  
imperio, regias chartas nullas, sive a Moguntino, Coloniensi & Tre-  
virensi, per se, sive ad eorum vicem, ab aliis scriptas recognitas,  
consignatas reperio, cum nec haereditario ad Archicancellariatum  
iure, trium sedium, nunc Electoralium, praefuses ante vocati sint; sed  
pro principis cuiusque arbitrio, modo hic, modo ille, sive ad tem-  
pus, sive ad vitam, quicquid id est muneris exercuerint; nec qui pro  
tempore ad Archicancellariatum electi sunt, per Germaniam solam,  
aut Italiam, aut Galliam, principibus Transberenanis subditam, sed  
per omnes omnino principi suo subiacentes provincias, potestate ubique  
pari, demandato munere functi sunt. &c. Valeat igitur sonorus, sed  
nequitquam blandus, titulorum ad inanem pompam comparatorium,  
quique nihil nisi rationis Entia sint, timitus, nec cinguum deinceps  
praecipuae claritudinis pontifices, emendicatis a postremorum facie-  
lorum fauce pigmentis, vinctare volute sit. Non sumam in p[re]-  
sentiarum omnia iusta accurati examinis lance libranda, quae, vel  
ex summa eruditio[n]is confidentia, qua ubique turgescit, vel ex  
sufina negligentia, quam subinde admisit, vel ex maligna mente  
in Germaniam; quam Gallus exul quavis occasione prodit progenio  
nationis suae, ab eo prolata sunt ad expungenda nomina Archi-  
cancellariorum S. R. I. per Germaniam, per Galliam & regnum  
Arca-

Arelatense, & per Italianam; expedit nunc demonstrare S. R. I. Archi-  
cancelarii per Italianam munus post fatale & magnum in Germania  
regum non cessasse, sed frequenter adhibitum fuisse ab illis Imper-  
atoribus, qui Italianam ingressi sunt, ad pristinam imperii maiesta-  
tem ibi instaurandam.

Primus horum fuit HENRICVS VII., qui indulxit Henrico II.  
de Virnenburg, Archiep. & El. Coloniensis, dato Spirae a. c. lccccc x.  
mense Dec. priuilegio, ut licet ab itinere Italico abesse, archi-  
cancelarius officium exercere per substitutum, & nihilominus emolu-  
mentis frui, v. GELENIUS de magnit. Colonie Lib. I. synt. VII.  
§. 27. p. 76. Vice eius Fr. Henricus, Tridentinus Episcopus, multa  
in Italia subscriptis diplomatis Caesarea a. clo cccxi. & sequentibus.  
v. VGHELLI. in Ital. sacrae T. III. p. 449. & T. IV. p. 381. & passim.

Imp. LVDOVICI BAVARI diploma, datum Papiae a.  
clo cccxxix. de iv. Iunii, quo nobilibus viris, Henrico seniori,  
Aduocato, & Henrico iuniori, Aduocato, dicto Reucze, de Plawen,  
nec non Henrico seniori, ac Henrico iuniori, Aduocatis de Gera,  
atque etiam Henrico seniori & Henrico iuniori, Aduocatis de Wi-  
da, ac eorum haeredibus, varii generis priuilegia & regalia partim  
confirmantur, partim de novo conceduntur, habet hanc subscri-  
ptionem: Ego Fr. Hannicus Sacre theologie Doctor fungens officio  
Domini serenissimi Imperatoris Cancellori vice Domini Archiepiscopi  
Colloniensis Archicancelari per Italiam recognoui, secundum eius  
editionem ex archetypo factam, obseruationibusque illustratam ab  
Ioh. Godofr. Büchnero, Consil. Rutheno, Graizae a. clo lo cccxxxii.

Vix concenderat solium Imp. CAROLVS IV, cum con-  
ciliare sibi favorem contenderet Pontificis & Pr. El. Coloniensis,  
Walrami, e Comitibus Iuliaci, amplissimo privilegio, cuius ca-  
put primum hoc est: Carolus D. Gr. Romanorum Rex, semper Aug.  
& Bohemiae Rex, venerabili Walramo, Archiepiscopo Coloniensi,

Principi suo dilecto, gratiam suam & omne bonum. Tuae devotionis fidelia obsequia, nostrae per te excellentiae frequenter exhibita, nos inducunt, ut de nostra munificentia gratiam participes aliqualem. Cum itaque, quod frequenter, propter insultus continuos tuae Ecclesie, a tuis aemulis incumbentes, absque tuo & tuorum oppressionis Ecclesiae periculo, abesse non valeas commode ab eadem, sumus certissime informati, sacriique imperii per Italiam Archicancellarius reputeris, praetextu cuius dignitatis & officii, quotiens & quando nos in ipsius Italico finibus morari trahere contigeret, nostrae te curiae decret, imo deberes, personaliter non abesse, hoc tamen non obstante, ut ibidem personaliter te in hoc casu esse non oporteat, sed alium virum adhuc idoneum ad tale exercendum officium tuo nomine valeas depudare, autoritate regia dispensamus. &c. In cuius rei testimonium praesentes literas sigillo maiestatis nrae Regiae fecimus communiri. Datum Bonnae A. Dni. MCCCCXLVI  
VIIo Calend. Decembbris, Ragnorum nostrorum ao. primo. Ad vim huius dispensationis comprobandum sufficit subscriptio sequens diplomatis, aureo maiestatis typerio communiti, quo Imp. Carolus IV. ecclesiae Colonensi attribuit villam Heymersheim: Datum Mediolani ao. Dni. MCCCLI. Non. Ianuar. Ego Iohannes D. Gr. Luhomischl. Episcopus vice reverendi in Christo patris, Dni. Wilhelmi sancte Colonensis ecclesiae Archiepiscopi supra dicti, sacri imperii per Italiam Archicancellarii, recognovi, vid. IOANNIS in tabb. vett. spicileg. chartular. Colon. n. XVII. p. 53. conf. GAMVRINI T. I. hist. geneal. p. 171.

Sane dolendum est, ab editoribus diplomatum omissa fuisse subscriptiones Cancelliorum, quae ab Impp. Ruperto Palatino, licet hic ad fines tantum Italiae processerit, Sigismundo, & Friderico III. in expeditionibus suis Italicas larga manu edita fuerunt.

Archipresul & Pr. Elector Coloniensis, HERMANNVS IV., gente Landgravius Hassiae, accepit à MAXIMILIANO I. Rege-Ro-

Romanorum, novam confirmationem exercitii Archicancellariatus Italiae, cuius initium plane consonat privilegio Caroli IV supra allato, sed hoc sequitur haec nova indulgentia: *Quod si te personaliter nobiscum proficiisci, aut alium, qui vice tuas gerat, & Archicancellariatus Officium tuo nomine exerceat, mitti contigerit, utroque casu volumus te, aut per te mittendum supradictum, singulis emolumentis ratione Archicancellariatus quomodolibet obvenientibus, & ad Archicancellarium de iure & consuetudine spectantibus, in omnibus & per omnia, sine diminutione seu contradictione aliqua, frui atque potiri; nec in hoc & circa ea tibi, aut mittendo tuo, per quempiam aliquod praetudicum quoquo modo fieri &c.* datum in civitate nostra imperiali Wormatiensi decima die mensis Augusti anno domini millesimo quadragesimo nonagesimo quinto, Regnum nostrorum, Romani decimo, Hungariae vero sexto, annis. M. Ro. Rüning &c. p. m. p. Ad mandatum Dni. Regis proprium Conradus Burzel de Buchem, Cancellar. Idem constituit a. clolovi. cum exercitu Italianam, indeque Roman proficisci; confilio ergo & providentia eius factum est, ut Cancellarius regiminiis Tirolensis, Cyprianus de Serentein, certo quadam pacto inito, huic Archiepiscopo in functione archicancellariatus Italiae substitueretur, quod docet sequens diploma: *Wir Maximilian von G. Gn. Römischer König &c. bekennen öffentlich mit diesem Briff &c. Als durch weyland unser Vorfahrer am Reich Röm. Keyser und König Ordnung, Satzung, Privilegia und Freiheit unfer und des Reichs Canzelleyn einem iedem Erzbischoff zu Cöllen, wann ein Römis. Keyser oder König in Italien zeugt, und dieweil er daselbst ist, zu versetzen und zu verwalten gebübrt, und Wir als Römis. König vormahls, uf des ehrwürdigen Hermanß, Erzb. zu Cöllen, des H.R. R. durch Italien Erzcanzlers, unsers lieben neven und Churfürsten Ansuchen, dieselben Ordnung, Satzung, Privilegia und Freibeiten confirmirt, bestät, und seiner Lieb, in Betrachtung der getreuen und nützlichen Dienst &c. die sonder Gnad vormahls gethan, zugelassen, und verwilliget haben, daß sein Lieb solch unfer und des Reichs-Canzelleyn, won und als oft wir in Italien ziben würden, durch*

durch andere geschickt und taugendlich Person, an seiner statt, wo  
sein Lieb selbst nit zihen, verwalten und verschen lassen müge.  
Wan wir aber mit hilf des almächtigen kürzlichen in Italien zu zi-  
hen willens sein, und aber der gemelt unsrer lieber Neve und Chur-  
fürst, aus merklichen und beweglichen Ursachen ihn und sein stiftt  
belangent, persönlich mit uns nit zihen mag, und sich der obberür-  
ten Verwaltung und Verschbung halben und des Reichs Canzelley in  
Italien mit unsfern getrewenlichen Cyprian von Serntain, unsfern Ty-  
rolischen Canzler und Verwalter unsrer Hofcanzelley, vereint und  
vertragen hat, inhalt der Brief deshalbem zwischen ihnen aufgericht,  
daß wir demnach, als Röm. König, in solchen Vertrag, wie der  
lauhet, gänzlichen verwilliget, und den in allen und ieden seinen  
Articuln, Meinung und Begreiffung zugelassen haben, verwilligen,  
und lassen den zu hirmit wifentlich in craft dß Briffß, und  
mainen, sezen, und wollen, daß solcher Vertrag stehtt und fist ge-  
lassen, auch der genannt unsrer Neve und Churfürst, seiner Lieb O-  
ratores, oder wen er dazu verordnet wird, desgleichen der bestimbt  
von Serntain, daran nit verbindet, nog von iemand der berührt  
Canzelley Gerechtigkeit oder gefall halber getruungen oder beschwecht,  
sonder damit, wie von alters hebr gewohnheit ist, gehalten werden,  
und wir sie dabey handhaben sollen und wollen, ohngefährd, mit  
urkund dß Briffß geben zu Wien an 25 tag May, nach Christi ge-  
bubrt 1506, unsrer reich des Röm. im XXI, und der Hungarischen im  
XVII. Iahr. p. regem. p. Ad mandatum Dni. Reg. pprium Blasij  
Holtzl.

Huius transactionis formula his conditionibus concepta est:  
Zwischen dem hochwürdigsten hochgebohrnen Fürster und Herrn  
H. Hermann, Erzbischoffen zu Cöllen, des H. R. R. in Italien Erz-  
canzler und Churfürsten, Herzogen zu Westphalen und zu Engeren,  
und Administratoren des stifts Paderborn, an einem, und H. Cy-  
prian von Serentein, Röm. Königl. Marst. Tyrolischen Canzlern,  
und Verwaltern der Hofcanzelley, andern thals, ist bered. Nach-  
dem die Röm. Canzelley in Italien gedachten Erzbischoffe zu Cöllen

zu verwesen und zu verwalten gebührt, und weil sin fürstl. Gnad seiner Gnaden Leibß und stifts gelegenheit habt, ietzo zur Züt nit persöhnlichen ziben, noch die Canzley verwahren mag, daß genannter von Serentein solche Canzley an statt seiner Fürstl. Gnaden auf dissmahl verwesen, und verwalten, und die mit den Kosten und aller anderer nothdurft versehen und unterhalten soll. Item, es sollen alle fell in die Canzley dem Erzbischoff zu Cöllen zwey taill, und dem von Serentein der dritail haben und folgen. Item würde aber seiner fürstl. Gnaden gesind und gemaint, die Canzley durch ihr Oratores mit der Liferung und aller Nothdurft zu underhalten, so soll sein fürstl. Gnade dem von Serentein ein aktentail derselben felle folgen lassen. Item Es sollen auch alle Briff gefertigt, und mit den Worten underschrieben werden: Vice ac Nomine Dni. Hermanni Archi Epि. Colonien. Archi Cancellarii per Italianam &c. Item Es sollen auch ein Taxator und Collector zu den Gesellen geordnet werden, und byden tailen gelobt sein, alle Gefell getreulich einzufordern, und wie obberübrt, zu überantworten. Item, das Officii gelt, nemlich die zehn mark silber, so oft die nach lüt der guldin butten, gefallen, sollen dem Erzbischoffe zu Cöllen auch zweytail und dem Canzler das dritail folgen. Item, dergleichen soll der von Serentein, mit rait und zuhun des Erzbischaffen zu Cöllen Oratores, macht haben, die secretarien, schreiber, und taxator zu ordnen, dieselben sollen auch verpflichte sein des raiß und der Canzley gehain zu verschwigen, ihr stißig usſchen usf die Oratores und den von Serentein zu haben, und ihnen in allen der Königl. Mayst. und der Canzley geschafien gehorsamb und gewertig zu sein, and sollen der Canzley Verwandten durch den von Serentein mit rait der Oratores, umb ainß iden unschicklichkeit, ungehorsamb, widerwertigkeit willen gestraft, verkehrt, oder entsetzt, und ander zymlich ordnung fürgenommen und gehalten werden, alles obngefablich. Desß zu urkunde seit der Zettel zwo glickblutend gemacht, und usseinander geschnitten, die ich Heinrich von Smalevalden Dechant zu Bonne, und secretari will gemeldt mynes gnadigsten Herrn von Cöllen &c. usf befelche seiner fürstl. Gnaden,

den, und ich Cyprian von Serentein, die mit eigner Hsnd unterschrieben, und unser yder mit seinem sigel befestigt, und ydem einer überantwort worden ist. Geben zu Wien am 26 tag May nach Christi Geburth 1500ten Jahr. Ioh. Heinrich von Smalkalden, Dechant und Secretari mynēs gnädigsten Herrn von Cölln Churfürsten, bekenne diß, wie obgeschrieben war, im urkunde dizer myner eygen Handschrift. C. v. Serentein. Secuta est nova confirmatio huius pacti Caesarea Wormatiae A. cloIxix. d. XXIII. Aprilis eiusdem tenoris. Huius vigore Imp. Maximiliani confirmationem privilegiorum & regalium a S. R. I. concessorum Lucensis civitatis, datum in castris apud Paduanu Kl. Sept. a. cloIxix subsignavit SERENTAINER, v. in LVDEWIG, reliqu, Missl. T. IV. Lib. VI, num. XXXV. p. 328.

Imp. CAROLVS V. ad querelam tollendam Archiep. & Pr. Eleft. Colonienfis, Hermanni V, Comitis Wiedani, de imminentia iuriu suorum in archicancellariatu Italie, cuius functionem tunc vicariam, licet eo non inscio, Caesar commiserat suo summo acceptissimoque Cancellario, omniumque consiliorum arbitro, Mercurino Gattinarae, a quo etiam post redditum Caesaris in Italiam A. cloIxxx, ante & post inaugurationem suam Bononiensem, gravifirma negotia ad pacandum huius regionis statum ab eo expedita fuerant, scripto sequenti luculento privilegio non solum salvum, integrum, & tutum imposterum esse iussit honorificum archicancellariatus Italici officium, quod a tor seculis gesserant Pontifices Colonienses, verum etiam hoc egregie instauravit, eiusque invasores, turbatores & violatores comminatione gravissimae male cohibuit:

CAROLVS QUINTVS, divina favente clementia, Romanorum Imperator &c. Recognoscimus — quod cum in hac celebri diaeta S. R. I. Elektoribus Principibus congregatis nostri in Italianam adventus causam, ut scilicet eiusdem imperii diadema in urbe Roma de more susciperemus, & quam ob rem ea ipsa coronatio nostra in eadem

eadem urbe fieri non potuerit, sed eam potius in civitate Bononiensi, mutato consilio, ob id praesertim factam esse, exposuimus, quod Italiam rebus, Dei auspicio nostroque ductu & opera, pacatis, eomaturius ad Germaniam, nostra cura & ope indigentem, rediremus, atque ideo eosdem Electorē, quorum praesentia & opera in rebus arduis & magnis tunc incidentibus non nihil grata & commoda nobis fuisset, propter subitum & inopinatum coronationis nostrae terminum, ad certum diem & tempus evocare non potuerimus. Nobis autem reverend. Hermannus, Archiepiscopus Colonensis, S. I. Princeps Elector, & per Italianam Archicancellarius, & Angariae & Westphaliae Dux, Amicus & consanguineus noster chariss. regulerit, se quidem eiusmodi coronationi nostrae libentissime interesse voluisse, si modo de loco & die eiundem in tempore fuisset edictus, coramque causa se illi abesse coactum, indeque factum, quod, absentia sua durante, reverendus in Christo Pater, Dns. Mercurinus de Gattinaria, S. R. E., dum viveret, Cardinalis, & magnus Cancellerius nr. eiusdem Imperii Archicancellariatum, qui prae nominato ArchiEpiscopo Colonien. eiusque Ecclesiae, & successoribus ArchiEpiscopis Colonien. iuxta Bullam auream de iure & consuetudine ab antiquo competit, & spectat, pro eodem ArchiEpiscopo gesserit, eiusque vices & munia in plerisque Imperii rebus & negotiis, co tempore per Italianam ciusque loca expeditis, obseruit, morte vero, priusquam cum ipso Colonien. iungerebatur, praeventus, neque administrati pro eo officio rationem dederit, neque etiam regis tra conventionum & pactorum ratione eiusdem officii utrinque initiorum. sibi restituerit, non sine magno ipsis Electoris incommodo & gravamine, cum per hoc non parum Ecclesiae suae iura, forsitan aliorum persuasione & opinione, laesa fuisse, & pro tempore maiori praecaudicio & dispendio subiacere posse, videat. Nos propterea humillime rogans, ut eidem in hoc gratis adesse, idque de potestate nostrae plenitudine cauere & providere dignaremur, ne ipsa dictaque Ecclesia, ciusque & Imperii sacri iura, & successores sui in aliquo circa praemissa gravenerint, aut ei praecaudictum afferri queat. Nolentes itaque in iis & aliis ipsum electorem, ciusque Ecclesiam &

successores quicquam in hoc damni vel incommodi, tam in honore,  
 auctoritate & existimatione, quam officii praedicti emolumentis subire,  
 sed potius, sicut & revera tenemur, sacratissimor. Regum & Imp.  
 Rom. praedecessorum nostrorum vestigia probabiliter secessari, & ea,  
 quae ab imperio dependent, eiusque existimationem, & iura quam  
 maxime spectare dignoscuntur, sovere & manuteneare eundem Ar-  
 chiepiscopum & Electorem in iis, quae per longissimi temporis &  
 annorum curricula probata consuetudine recepta, & hoc usque in  
 eodem Imperio eiusque membris, intrinsecis observata, & illaesfa  
 fuere, & Ecclesiae praeditae iuribus & immunitibus omnino sal-  
 vium & illasum esse volentes, motu proprio & ex certa nostra scien-  
 tia, animoque etiam deliberato, ac de potestatis nostrae Caesareae  
 plenitudine decrevimus, sancivimus, statuimus, ordinavimus, &  
 declaravimus, pro ut tenore presentium decernimus — atque etiam  
 volumus & dicimus: omnia ea, quae praefatus Mercurinus in ante  
 nominato suo, dum in viris ageret, officio, vice tantum & loco  
 praefati reverent. D. Coloniensis ab eo tempore, quo Italiam ingressi  
 & egressi sumus, ac alio quocunque nomine & loco, sive de nostro,  
 sive aliorum quoruncunque iussu & interventu, & suffragio, egit,  
 scriptis, dixit, fecit, & publicavit, seu alio quoniammodo fecisse &  
 egisse dignoscitur, quaeque eiudem reverent. Electoris & Archi-  
 episcopi Coloniensis personam, Ecclesiam, officium & successores quo-  
 modocunque concernerent, aut eidem ratione eiusmodi officii agen-  
 da, tractanda, scribenda, expedienda, publicanda & facienda  
 suissent aut incubuisserent, qualisunque, vel cutiuscunque generis, te-  
 noris, qualitatis, dispositionis & formae sit, ac esse comperietur,  
 quorum qualitatem & dispositionem, quatenus opus est, iis etiam  
 pro specialiter expressis haberi volumus, praefato Electori & Archi-  
 episcopo, eiusque Ecclesiae, & annexo officio, suisque successoribus  
 perpetuis, futuris temporibus nullo pacto praeiudicare, obesse, de-  
 rogare, aut imminutionem vel honoris, vel auctoritatis, & emi-  
 nentiae, iuriumque Ecclesiae, & successorum suorum ante nominata-  
 torum, parere vel generare valeat, possit aut debeat, decernentes  
 & hoc caesareo nostro editio cautum & editum esse volentes, quod  
 nullus

nullus omnino hominum, quicunque aut cuiuscunque praeeminentiae dignitatis, & conditionis, status, gradus, ordinis & sortis, etiam si Electores, aliqui imperii Principes fuerint, quicunque contra hoc nostrum decretum, sanctionem statutum, ordinationem & declaracionem in contrarium agere, dicere, facere, attentare, vel opponere ullo unquam tempore audeant, aut presumant, sub indignatione gravissima, ac poena quinquaginta marcarum auri puri, toutes quoties, per eum vel eorū, qui contra fecerint, incurra, ac pro una Caecareo nostro fisco, reliqua vero medietatibus iniuriam passi, vel paßorum iſib[us] applicanda. Praeerea, ne idem Elector in emolumentis & iuribus per praefatum Cancellarium nostrum ex eodem officio perceptis, & quoniam modo ipsi Electoris, uti Archicancellarii per Italiā, spectari aliquo modo gravetur, aut detrimentum sentiat, tenore presentium, ex certa scientia, animoque deliberato, ut supra expresse promisimus, quod, si quae talia emolumenta & iura, officium Archicancellariatus concernentia, praefatus Cancellarius receperisset, cundem Electorem & suos successores in eisdem recuperandis & assequendis apud haeredes testamentarios, vel alios agentes, aut commissarios suos, cum omnibus ad hoc requisitis & necessariis efficaciter adiutum, & promotum habebimus & habere volumus. Carabimus item, & cum eisdem haeredibus testamentariis & agentibus agemus & tractabimus, ut regesta & scripturas capitularum & conventorum, in quantum opus erit, eidem Electori, iuxta formam conventionum inter ipsum Electorem, & quondam Cancellariorum initiarum, restituant, & si quae alia sint apud eos, quae eiusdem Electoris personam, Ecclesiam, & successores praemissorum occasione referant ac specent, vel referre & spectare possint, quod illa eidem, vel procuratoribus suis, sine mora & exceptione, reddantur, & adimpleantur, dolo & fraude remotis, barum testimonio literarum signilli nostri appensione munitarum. Datum in civitate nostra Imperiali Augusta die XIX mensis Octobris anno Dni circulo XXX. Imperii nostri Romani X. aliorum vero regnorum nostrorum XV. CAROL. impr. Balthasar Episcopus Con-

*stanz. Vicecancellarius Sp. Ad mandatum Caes. & Cath. Maj.  
proprimum Alexander Schweis.*

Postea Imperator injunxit etiam traditionem rationum, chararum, actorumque concernentium administrationem Archicancellariatus per Italiam a Gattinara susceptam eius haeredibus hoc rescripto:

CAROLVS, div. favente clem. Rom. Imp &c. Nobiles, fideles, dilecti. Exposuit nobis vener. Hermannus, Archiepiscopus Coloniensis. S. R. I. Archicancellarius per Italiam, Princeps Elector, & Consanguineus noster ebarmur. qualiter sub tempore coronacionis nostrae Imperialis, dum eius Dilectio ad eam coronationem nostram in tempore vocata non esset, neque ad eam, uti constituerat, venire non potuerit, inde factum esse, ut durante eius absentia, reimus quondam. Cardinalis a Gatinaria, Cancellarius noster, dum viviter, eiusdem Imperii Archicancellariatum, ipsi Archiepiscopo Coloniensi, cuiusque Ecclesiae, & successoribus Archiepiscopis, iuxta B. A. de iure & consuetudine ab antiquo competentem & spectantem, pro eodem Archiepiscopo gesserit, eiusque vices & munia in plerique Imperii rebus & negotiis, eo tempore per Italiam ciuique loca expeditius, obierit, morte vero, priu quam cum ipso Coloniensi. Archiepiscopo coniungeretur, praeuentus, neque administrati pro eo officii rationem dederit, neque etiam registra, ex conventione & pactis, inter eos ratione eidem offici utrinque initis, sibi restituerit, non sine magno ipsis Electoris Colon. incommodo & gravamine, a nobis propterea humiliter supplicando, ut ei favorem & auxilium nostrum impetriri, & has nostras literas ad vos decernere vellemus, quo & praedictam rationem administrati officii Archicancellariatus, & registra, secundum conventiones & pacta, sibi debita, consequi valeat. Nos vero, quam eidem Archiepiscopo in his, quae ad eius dilectionem iuste pertinent, omnem legitimam favorem impetriri cupiamus, idcirco vobis iniungimus, ut pro Archiepiscopo Colon ab eo mandatum habenti, rationem administrati officii Archicancellarii in

in Italia; pro tempore supradicto, nec non regis tra Dni suae, ex pacto & conventione, ut praefertur, promissa & debita, & penes vos, & quolibet virum existentes & existentia eidem Archiepiscopo ad suam, vel suorum mandatariorum requisitionem, prout decet, reddatis & restituatis, in hoc voluntatem nostram expressam facturi. Datum in civitate nostra Imperiali Ratispona die XXII mensis Iulii Anno Dni. MDXLI. Imperii nostri XXI, & regnum nostrorum XXVI. CAROL. impr. Ad mandatum Cae. & Cath. Maytis. proprium I. Obernburger. Inscriptio: Nobilibus nostris & Imperii sacri fidelibus, dilectis N. b[ea]tissimis r[ati]bus, quoniam Cardinalis Gatinariae, supremi Cancellarii nostri, vol eius testamentariis coniunctim & separatim.

De fide horum codicillorum augustalium & documentorum, nunc in lucem productorum, constabit L. B. ex sequenti testimonio: Das vorstehende Abschriften mit ihren Wahlen mir vorbrachten, in dem Churfürstl. Cölnischen Archiv vorhandenen, ältesten Origination collationis, und gleichlautend seyend, bezüge mit eigener Handunterschrift, und beigetrachten Notariatzeichen Matthias Gabriel Andernach, von Pabst, und Kays. Macht offener und bey der Churfürstl. Collinischen Canzley immatrikulirter Notarius regatur; Gratus debeo haec monumenta benignissimas communicationi illustrissimi quondam Dni Friderici Christiani L. B. de Plettenberg, Electorum Colonensis & Bavariae Confiliarii intimi, & Legati ad comitia imperii Ratisbonensi, alectoris olim celeb. Hertii in academia Giessen. Ea sua autoritate satis superque evincunt, plane non obserata esse sacra seruia regni Italiae, curae, fidei, & providentiae Archiepiscopis & Pr. Electoribus Colonensi- bus olim commissa, sed omni eo tempore patere, & functionem suam splendidissimam eosdem exercere posse Pontifices & Pr. E lectores, vel per se, vel per vicarios substitutos, quo Imperatores nostri in Italia commorantur & regni huius negotia praesentes procurant.

Cae-

Caeterum non possum non animadvertere prorsus ridiculum errorem in titulo Archicancellarii, quo Coloniensis Archiep. & Pr. Elector refulget, ex lectione plane inepta diplomatis aliquius à Rehtmeiero commissum, quem adducere omissem, atque erratis typographicis annumerasset, nisi observasset, illum etiam a PFEFFINGERO, quod equidem valde miror, adoptatum fuisse, in Vitriar. illuftr. T. I. p. 109. his verbis: *Coronidis loco titulus singularis addendus, quo Sifridus, Coloniensis Archiep. in indulgentiarum charta a. 1284. monasterio B. AEGIDII Brunsuicensis concessa utitur ap. Dn. Rehtmeierum in antiqui. urb. Brunsuigae addit. ad cap. 2. §. 15. p. 199.* *Sifridus D. G. sanctae Coloniensis ecclesiae Archiepiscopus, sacri Imperii PER PATRIAM Archicancellarius.* Hunc titulum auribus animisque hominum historiae patrie peritorum absurdum, & prorsus alienum ab aliis chartis huius Archiepiscopi, quarum aliquot passim prostant, nunc confutet solum consensus eius in concilio Herbipolensi a. 1287. VIII. Kal. Apr. scriptus, hunc titulum preeferens: *Sifridus, D. G. sanctae Coloniensis ecclesiae Archiepiscopus, sacri Imperii per Italianam Archicancellarius, in LYNIGII R. A. T. VII. p. 522.* Utinam Clerici, tantum facti & instituti, ut sacris rebusque divinis sedulo ac devote operentur, oculos cohiberent a diplomatis describendis, neque adyta veterum chartarum, ex vano inclarescendi studio, illoris manibus tam temere irrumperent. Non deerunt quidem nonnulli eorum, qui hoc votum meum iteratum novis contumelias in me sparsis rursus detestabuntur. Mihi tamen volupe semper erit, vim documentis ab istiusmodi corruptoribus illatam vindicare ore & calamo, animoque imperterrita, atque ad eorum convicia iam pridem penitusque obfirmato. P. P. d. XX. m. m. m. m. Octobr. A. S. cloIcccliii.







Göttingen, Diss., 1753 A-C

ULB Halle  
005 350 859

3



VD 18



B.I.G.

Farbkarte #13



Q. D. B. V.

IO. DAVID KOELERV HIST. P. P. O.

PRALECTIONEM QVINQVAGESIMAM HISTORIAE  
PRAGMATICAE REGNI IMPERIIQVE ROMANO-  
TEVTONICI

ET HANC QVIDEM

PER HOC SEMESTRE SPATIVM HIBERNVM  
AB HORA VIII PVBLICE HABENDAM

INDICIT

PRAEMISSA HISTORIA COARCTATA

ARCHICANCELLARIATVS S. R. I. PER  
ITALIAM  
POST INTERREGNVM MAGNUM GERMANIAE  
CONTINVATI  
VSQVE AD IMP. CAROLVM V.

ATQVE

EX AVTHENTICIS DOCUMENTIS HACTENVS  
INEDITIS

C O M P R O B A T A.

GOTTINGAE  
LITTERIS HAGERIANIS 1753 CC LIII.

